



# GALENVS DE FASCIIS

Vido Vidio Florentino interprete.

VIDIVS LECTORI.

Postremi libri de fasciis, de laqueis, de machinamentis non reperiuntur (quod sciam) nisi in eo codice, cuius mentionem fecimus in epistola ad regem in quo sunt tres auctores de fasciis, Galenus, Soranus, & Heliodorus, e quibus ego latinum feci Galenum duntaxat, nam qui hunc norit, reliquos plane norit. Sed an eiusmodi liber germanus sit Galeni, dubitare nemo debet, nã vel ipso proœmio conuincitur, atq; hic est ille liber, quem ipse pollicitus est in secundo cõmentario de officina medici. Verum desiderantur in Galeno quædam, quæ placuit accepta a Sorano & Heliodoro in hunc librum inserere, ne qua supersit humanæ ni corporis pars, cuius vinculum in hoc opere non reperias, quæ suppleuimus putamus, vel ab auctore omissa, vel (quod magis probabile est) intercidisse, neq; enim verisimile est Galenum tam Sorano q̃ Heliodoro posteriorem, qui ab utroq; multa alia de fasciis mutuatur, quæ nunc desiderantur, omisisse, nec singulis partibus (vt pollicetur) suam vincendi rationem assignasse. Huc accedit q̃ descriptio Ascie vinculi, quam posuit Heliodorus ad vincendum femur, in libro Galeni non legitur, licet eius memnerit sæpè numero, quia tamen necessaria fuit, prætereunda fuisse non videtur. vbi cunq; autem aliunde quidq; petemus, auctoris nomen maiusculis literis notabimus hoc pacto. EX SORANO. EX HELIODORO, cumq; ad Galenum reuertetur. Nunc Galenus.



**H**ippocrates ille auctor vetustissimus mundiciem spectans, quam exigunt aliæ artes in agendo, mihi videtur non inconsiderate protulisse. Nobis sanè placet in arte vniuersa animi intentionem adhiberi, in quacunq; enim opera decore agere recteq; possumus, decore ac recte agere conuenit, quæcunq; mundiciem celeritatemq; admittunt, celeriter mundeq; conficienda sunt: atq; vbi euitari dolor possit quàm maxime iocunde: tum reliqua huius generis omnia præclarior agere debemus, q̃ alij eiusdem artis professores. Siquidem (vt in nonnullis, quæ efficiuntur, videre licet) artifices vsum habentes non alia re præstant ignaris & expertibus, quàm celeritate atq; elegantia. Medicum ergo eo magis quàm alium artificem fungì decet suo munere, quo sibi nobilior est subiecta materies: & idcirco, siue fecerit, siue adurat, siue alliget, siue quid aliud manu moliatur, non modo vtilitati studere debet, sed mundicie & elegantiæ, quemadmodum ipse alibi rursus testatur, quum inquit, Vinculi ratio duplex, altera illius quod iniicitur, altera illius, quod iniectum est, quod iniicitur, vt celeriter, iocunde, prompte, eleganter. celeriter quidem, vt opus expediatur: iocunde, vt facile præstetur: prompte, vt vbiq; sit in promptu: eleganter, vt oculos delectet. Mala enim in nonnullas corporis partes incumbentia, idoneam vincendi rationem postulant, eamq; per se homo sapiissime decoram expetit, quare tam solius ægrotantis gratia, quàm omnium quibus sui videndi copiam faciet, scire oportet, quæ vincula, & simplicia, & varia, singulis partibus accommodentur: nec ignorandum est nonnullis vtraq; conuenire, nonnullis alterutra, nẽpe varia, licet alij secus existiment, de qua controuersia primo diiudicare operæ præcium est. Expellunt nonnulli varia vincula, non modo tanquam nihil proficientia, sed veluti vsum præstantia maxime alienum, id quod nulla stabili ratione firman: sed testimonio maiorum nituntur, primum Hippocratis, cum inquit, Sed qui præstantia vincula amant sine mente complura alia lædunt. præstantia id est varia: deinde Mantia referentis cuidam oculos procidisse, cui pharmacopola caput & faciem vario vinculo deligauerat: idq; iure putant euenisse, quod fasciæ ob varietatem inæquales vrgeant, & idcirco mouere inflammationes possint, atq; abscessus. Sed satius fuit eos dignoscere, non vinculorum varietate accidere, quod adducunt, sed inciticia alligantium, qui valenter adstringunt, oportuit enim ita deligare, vt Hippocrates docuit, cum ait, In his autem maxime ad vinculum pertinet vt arctetur quidem sic, vt quæ iniecta sunt neq; recedant, neq; comprimant, sed fulciantur, non tamen cogantur. æquum autem fuit, vbi Hippocratem citarunt, illud adiungere quod in Hippocratis oratione restabat, non enim simpliciter scripsit, / Sed, qui præstantia vincula amant, complura alia lædunt / verum subiecit / sine mente / intelligant autem ex ijs que mox persequar, vinculum varium nullo modo ab Hippocrate submoueri, ipse igitur in libro de

Septima Classis,

PPPPPPP

officina



officina medici faciendi rationem agens, vbi narravit quid vincula requirant dum inſciuntur, quid poſtquā iniecta ſunt, ſubdit. Quod iniectum eſt, vt recte, vt decore, recte intelligit inie-  
ctum, quod confert: decore, quod elegans eſt, vt autē exponat quid ſibi velit decore, addit. De-  
core quidem, vt ſimpliciter: vt diſtincte, adiungit autem verbum ſimpliciter, non quo ex toto  
declaret decore, ſed ex parte, quaſi dicat vinculum ſimplex ſit & diſtinctum, quod euidentius col-  
ligitur ex ijs, quę ſubiecit. Aut ſimilibus & æqualibus, equaliter & ſimiliter, aut inæqualibus &  
diſſimilibus, inæqualiter & diſſimiliter. Species autem ſimplex orbicularis, aſcia, ſima, oculus,  
rhombus, dimidiatus. apteſ vero ſpecies ſpeciei, ac morbo illius, qui deuincitur. Ergo vinculi  
ſpeciem, quę ſimplex eſt, orbicularē eſſe neceſſe eſt, ſed aſcia omnino ſima eſt, atq; ita quod pror-  
ſus æquale eſt, erit ſibi ſimile, quod inæquale diſſimile. num igitur deterrentur iam de ſententiā,  
qui varia vincula repudiari ab Hippocrate voluerunt, fatentes aſciam, oculum, rhombum, dimi-  
diatum, varijs assignari: an præter hæc, illis commemorem eundem Hippocratem in libro de  
articulis, ad fractum iugulum, vinculum admoſuere, quod à gruis ſimilitudine *γεραιδία* nomi-  
nauit, idq; variū eſſe: Sciant autem quibusdam partibus, cuiuſmodi femur eſt, vbi repositum  
eſt, atq; humerus & cubitus aliaq; plura, nullum aptari vinculum poſſe niſi variū. Hactenus de  
his. pergamus iam ad faciārum vincientiū rationem, ſcrutemurq; in primis, vt faciā inter ſe  
diſtent, materia, habitu, longitudine, latitudine, ſtrutura. Materia igitur inter ſe diſſident, qm̄ nō-  
nulle linteæ ſunt, nonnullæ ex lana, alię ex membranulis, quarum vſus, cum neq; vnus ſit, neq;  
ſimilis, ſed diſpar, vbi opus erit, eas accipere conabimur, quæ morbo maxime congruant. quæ-  
cunq; ergo adſtringenda erunt, linteis alligabimus, at vbi adſtringere non oporteat, propterea  
q̄ hoc inflammationi ſit inimicum, ſed abunde ſit cōtinere vel tegere, ex lana, ex membrana verō  
ſecuti Hippocratem, vbi naſus vel maxilla cōminuitur, extremitatem membranulæ parti quæ  
vinculum poſtulat, agglutinantes: Habitu, cum aliæ glomeratæ aliæ ſciſſæ ſint, aſſutæ aliæ: glo-  
meratæ ſunt, quæ ex habena in longitudinem ſunt, quibus nihil aſſuitur, tales ſunt quibus per-  
fracta membra vincuntur, ſciſſæ, quæ ex vno linteo extremis partibus vel alibi ſciſſo conficiun-  
tur, quales ſunt, quæ ad capitis vulnera dantur (canceri dicuntur) ſiue in quatuor partes ſcindant,  
ſiue in ſex, ſiue in octo, aſſutæ ex pluribus habenis varia figura inter ſe iunctis componuntur,  
quales ſunt, quæ ſuspendunt, quæ cingunt, quæ mamas deuinciunt, quæ mammis & loco præ-  
terea, qui iuxta anum eſt, accommodantur: Longitudine, cum quædam breuioribus, quædā longio-  
res ſint: Latitudinis eadē ratio eſt, ſiquidem tam hæc, quàm illa debet vincientiſ partibus respon-  
dere: Structura, nam aliæ texuntur, aliæ conſtāt ex materia per ſe coacta, vel certo ordine impli-  
cata, quæ ſimplici textura ſunt, nonnullæ hæc de cauſa texuntur, nonnullæ conficiuntur ex tela,  
quæ ad alium vſum texta ſcinditur in faciās, his plerunq; vulnera obligamus, illis vtuntur ve-  
natores ad crura defendenda, eadē primæ palmæ parti circundantur, quæ ex implicata ma-  
teria ſunt, ab aurigis ad latera cōtinenda adhibentur. Eſt autem perpetuū, vt qui vincuntur faciſ  
abundent, & quas habent, ſciant q̄ optime adhibere, atq; vbi deligendi locus eſt, tales accipiant,  
quales docuit Hippocrates, quū inquit, iam vero faciæ parentur, leues, tenues, molles, mūdæ  
latæ, ſine ſuturis, line eminentijs, ita valentes, ne extantæ rumpantur, & paulo amplius. Mun-  
das quidem eſſe conuenit, quoniam ſordide præterq̄ quod indecoræ ſunt, liquore aliquo reſper-  
ſæ, nō madescunt, deteriusq; id reddunt, quo perfunduntur, eſſe item ſui coloris debent, ne ſi pur-  
pura inſciantur, vel alia huiuſmodi re, eadē noxam afferant, aut coloris ſimilitudine currentē  
ſanguinem repræſentent: tenues inſuper, ne ambitus in tumorem nimium aſſurgant: molles, ne  
ob duritiē vrgeāt: leues, ne onere inſeſtent: ſint futuriſ inæqualibus, ob quas futuriſ  
eſſet, vt comprimerent: tum line eminentijs, hoc eſt non ſint ore à lateribus ipſa textura confe-  
ctæ, vel alioquin verſæ atq; conſutæ, nec quædam extantia, quaſi fibræ, cum quæ eminent, vinculū  
reddant inæquale, quæ extant, non patiantur faciā facile circuire. Quod ſi faciæ ex incifo lin-  
teo ſiant, incidatur non tranſuerſum, ſed in longitudinem, ſicut in textum eſt, ſectio ad ſtamē  
directa, ſic enim lintea facile ſcinduntur, quod ſecus habet, ſi qua ſubtegmen procedit, hoc tente-  
tur, adde, quod quæ in longitudinem ſcinduntur faciæ, quod vincuntur eſt, firmiter continent. At  
vincientiſ ratio quædam (vt ſuperius dixi) ſimplex eſt, & quædam varia, atq; hæc modo nomen  
inuenit à ſede, cui adhibetur, modo ab euentis, nonnunq̄ translato vocabulo à ſimilitudine ani-  
malium. à ſede, quæ vincitur, nomen trahit, oculus, naſus, inguen, cæteraq; huius generis: ab aia-  
libus, cancer, accipiter, aries, lepus, teſtudo: ſed ab euentis, vallum ſeu cōiunctum, ſeu diſiunctū,  
operculum, habena, & quæ his ſimilia ſunt. Præterea ex huiuſmodi vinculis quædam ſunt vin-  
cula tm̄, vt tholus, regiū, ſcapa, diſcrimen: quædā vincula ſimul & laquei, cuiuſmodi eſt lepus  
auritus, paſtoralis, cæteri q; conſimiles. Vinculum inſuper aliud ab altero faciārum capite incipit  
aliud à medijs faciſ: aliud vtroq; modo. Quoddam item certis ſedibus idoneū eſt, reliquis alie-  
num cum ſit: quoddam alijs quoq; aptatur. Super hæc aliud à priori parte conſpicitur, q̄ priorē  
hominis partem dūtaxat alligatam oſtendat: aliud à poſteriori, aliud ab vtraq; ſimiliter & prio-  
rem & poſteriorē partem æque vincam demonſtrans, atq; hæc nunc conſimili, nunc diſpari  
ratione veniunt in conſpectum, quæ oia plana ſient, cum ad lingula ventū erit, Sed conſideran-  
dum eſt,



**A** dum est, inquirendumq; an quomolibet ordiri fascias oporteat: maiores enim oēs statuerunt certas corporis sedes, à quibus fasciæ ordiri deberent, exempli causa in capite, ob quacumq; causam vinciat, fasciæ caput in occipitio collocant, inde ipsam circūagentes, iuncturā conficiunt, nec quidquam intuentur, quod agunt morbo ne, cuius causa vinculum adhibent, secundum sit, an aduersum: in alijs itē partibus inscitia vel ignoratione (vt credibile est) decepti, locos præscriperunt, necesse enim est recte vincientem auctore Hippocrate eò incumbere, vt non solum de ligandæ parti, sed affectui quoq; vinculū conueniat. Nos igitur non vndecumq; sed qua maxime expedit, ordimur, extremamq; fasciam imponimus, quā docuit Hippocrates, cum inquit, Quæ mouentur, vt articuli, qua circūantur, minimis, & maxime collectis, veluti poples: qua extendunt, simplicibus & latis, veluti patella, obuolui debent, quæ autem adijciuntur ad continendum quidem, quæ circa hæc sunt: ad suspendendum vero fasciam omnē, qua corpus quiescit, & qua magis cauum est, super imponenda, vt supra vel infra genu. Consentit autē cum capite humeri fascia ad alteram alam demissa: cum inguine, ad alterum ilium: cum crure, super partē huius posteriorē, quæ carnosā prominēt, quibus autē sursum labitur, ab inferiori parte suspendenda est: quibus deorsum, à superiori, vbi nihil tale est, quemadmodū in capite, qua maxime æquale est, cōtineri fascia debet, & duci quāminime obliqua, vt postremo obuoluta, qua valētissime hæreat, vagos circuitus contineat. Oportet præterea deligātem ad ea respicere, quæ in vinculo requirunt, cuius Hippocrates duas esse species testatur, vnā eius, quod iniicitur, alteram eius, quod iniectum est, vtrobq; autē summa cura enitendū est, dum vinculū iniicitur, vt celeriter, iocunde, prompte, eleganter, celeriter qdem, vt opus expediatur: iocunde, vt facile præstetur: prompte, vt vbiq; sit in promptu: eleganter, vt oculos delectet. cum iniectum est, vt recte, vt decore habeat, nihilq; absit ex his, quæ supra opus esse retulimus. De vsu autē vinculorum scire licet quædam ea de causa adhiberi, vt continendo curantibus præsidijs subseruiāt: alia nō propter hoc, sed vt ipsa per se agāt, quibus curatio cōmittitur, in his maxime attendendum à qua parte fascia ordiatur, qua circūeat, qua desinat, quæ singula exquisitius cōscribi non possunt, docere tñ viam licet per quā medicus facile iudicare de singularibus poterit, naturā singularium partium perspicies, q̄ facile alligentur, suspendant, collocent: atq; in super quid vinculum valeat: efficit enim, vt quæ abscesserūt, pellantur, hiantia coniungant, peruersa dirigantur, atq; oīum cōtraria præstentur. Oportet autē, si quid abscessit, ita deuincire, vt quæ sublimia sunt, sedem contingant, hoc est locū, vnde recesserunt, at non premant: incipiendum vero à parte sana, & qua vlcus est, finiendum, vt quod subest effundat, & aliud vltra nō coeat. Sed quæ abscedere volumus, cōtrario modo penitus alliganda sunt, atq; vbi in vnū adducere cōuenit, verū vbi, quæ hiant, hoc est, quæ in exteriorem partē cōconuersa sunt, longe in initio accepto coniungenda sunt, in cæteris eodem modo vinciendū, tñ ab vltioribus aliquid adducendum erit, paulatimq; cōprimendum, primo minimum, deinde magis, maxime compressionis terminus sit, vbi se contingunt, aptanturq; sed non vrgent, verū in diducendis, quæ contracta sunt, si inflāmatio est, super sedendum est, si ea non est, præparatione eadem vtendum, sed vinculo cōtrario, dirigere item vbi peruersa oporteat, cætera fieri eadem debent, tum quæ recesserunt adducenda sunt, contraria autē contra. Hæc omnia medicum quasi leges tenentem, obseruantemq; expedit id eligere, quod singulis vitijs idoneum est, minimeq; ad certos locos consilium dirigere. Nos, quanq̄ in vno quoq; casu, qua primum ordiri vinculū oporteat, perfecte explicare difficile est, dum tamē fasciarum rationem indicabimus, vt res euidentior sit, locos statuemus, à quibus ordiri potissimū conueniat: medicus vero in agendo vbiq; illum eliget, qui maxime in rem erit.

*Linteam scissum ad summum caput, & ei proximam regionem.*

**D** Linteam iustæ magnitudinis scinditur in partes sex, & medium qua verticem complectitur, integrum relinquitur, ex partibus vero pendentibus mediæ fundantur è regione aurium, ac sub mentum demissæ, modo inter se vinciantur. Quo factō altera fasciola anstuga mediā occipitio iniicitur, extremamq; ad frontem adducuntur, & à latere capitis nodum accipiunt: quatuor vero partium, quas pendere sinebamus, hæc ratio est posteriores prope nodum angustioris fasciolæ, priores supra occipitium inter se colligantur. licet item absq; nodo, alijs subiectis, alijs superdatis, postremam fibulam imponere.



Septima Classis.

PPPPPP ij Linteam



Linteam scissum ad frontem, & partes, quæ iuxta sunt. II

In quatuor partes scindere linteam oportet, medio intacto qua fronti circumdatur: prioresque partes super posteriores, quæ dependeant, ad occipitium dare, ibique inter se devincire: post hæc reliquas duas conuersas, in summo capite colligare, quæ sub mentum etiamnum demitti possunt, & ibi nodum accipere. Hoc vinculo ad occipitium quoque utriusque partibus à latere capitis nodo inter se deligatis.



Linteam scissum ad totum caput. III

Linteam scissam in partes octo, ita, ut medium integrum sit, donec tegere caput possit, toti capiti obuoluatur: tum ex pendenti- bus partibus, duæ iuxta aures fissæ sub mento inter se deligentur, & reliquis vero, binis à priori parte, quaternis à posteriori, duæ à posteriori extreme super alias ducantur ad frontem, altera alteri subiecta, ut à superiori continueatur, deinde priores duæ ferantur ad occipitiū, sic, ut æque alteri altera insidat, his comprehenduntur quæ prius fuerant circumdatae, reliquæ duæ posteriores ad frontem attrahantur, altera similiter alteri subiecta, extremeque à latere fibula iniiciatur. Hæc vincendi ratio efficit, ut caput sine nodis inuolutum defendatur à tædio, quod hi comprimendo afferre plurimum solent.



Cancer, siue uinculum capitis siue operculum scissum in partes octo, ad caput. IIII

Medium amplecti debet uniuersum caput, sic, ut quatuor partes à fronte recte dependeant, ob occipitium totidem: ex illis exteriores, ab occipitium porrectæ inter se alligentur: ex his exteriores similiter fronti circumdatae, à latere deligentur. tum ex reliquis, quæ in fronte scissæ partes sunt, ad occipitiū, quæ in occipitio, ad frontem attrahantur.



Operculum ex fascia lata trium capitum (σκηπάσρα dicitur) & ex altera, quæ hanc continet (κἀτοχος uocatur) & tertia, quæ prohibet, ne totum uinculum diducatur, καθολικὸς nominatur. V.

Pertinet ad obuoluendum uniuersum caput, dicitur autem σκηπάσρα. est quidē κἀτοχος fascia longior, quæ in orbem faciei & capiti circumdatur, ut operculum comprehendat: sed καθολικὸς ex fascia fit oblonga, adhibeturque eo nomine, ut diduci uinculum non sinat, quarum hæc ratio est. Linteam adhibetur sic latum, ut caput uniuersum cõplectatur, longius quàm ut duplicatum, hoc efficiat, cuius alterum caput occipitio datur, alterum à fronte dependet: tum angustior fascia sub mentum media iniicitur, & in utramque partem





**A** per malas attrahitur inter frontem & verticem, inde sub mentum rursus demittitur: post hæc alterius angustioris fasciæ medium fronti inijcitur, capitaq; in orbem ad occipitium porrecta, ibi & inter se, & cum alterius angustioris fasciæ capitibus alligantur: at quod à facie pendeat in longitudinem, vsq; dum ad supercilia ventum fuerit, diuiditur in duas partes, quæ in fronte altera sur per alteram insidente ad similitudinem literæ X in orbem ad occipitium ducuntur, atq; ibi delignant. Potest aut vna fasciâ dūtaxat longior, & operculū cōtinere, & prohibere, ne tota iunctura diducat, ad hunc modū, si media inter frontē & verticē ordiatur, capita vero recta per malas sub mētū demissa, ibiq; altero sup alterū excedētē i similitudinē literæ X sub imas aures ad occipitiū dētūr, vbi rursus in speciē literæ X, inter se aduersa ad frōtem ducant, & nodo à latere deligent.

Hactenus de simplicibus vinculis, sequitur, vt de varijs dicamus, si id antea ostenderitimus, q fasciæ circuituum alius dicitur re ctus, alius transfuersus, obliquus alius, quid autem hi sibi velint, nomina declarant: tū alius *σεφανιαῖος*, *μετωπιαῖος* alius, *παραβιαῖος* alius, alius *γεγενιαῖος*: præter hæc aliud vinculum orbiculare, aliud in orbē serpens nuncupatur, aliud postremo fascia. est autē *σεφανιαῖος*, qui coronarum modo inter frontem & verticem tendit; *μετωπιαῖος*, qui frontem ambit; *γεγενιαῖος*, qui sub mēto circūagitur: *παραβιαῖος* similiter à malis p quas ducitur, nomen habet: illa demū vocat fascia, quæ lunata figura ab vna parte sima est, ab altera gibba. Circuituum i gitor istac noia sunt.

Rhombus alter simplex, alter Hippocratis, de quo nunc. **V I.**

Optimum est vinculum hoc (vt quidā senserunt) ad futuras, vbi dehiscunt, vel (vt alijs placet) ad partium, quas vulnus diduxit, glutinationem, atq; ad emittendum humorem, eo, quod cōprimendū vulneris vim habeat. sic autem circuire debet. fascia à latere capitis orsa, obliqua ducenda est ad verticē atq; alterum tēpus, deinde malis vt inq; circumdanda & obliq; partī prius obuolutæ ad uersa in modum literæ X ad occipitium demittēda, inde obliqua, sic, vt à priori circuitu distet, per malas porrigēda est ad alteras malas, ac rursus obliqua sursum dan da vt bis X



**C** literā representet, quodq; in medio est rhombi figuram accipiat, quo factio ad occipitium ferenda est, & fronti in orbem inijcienda, eatenus autem circūagenda, vt quæ nuda sunt, includantur.

Semirhombus uel lepus sine auribus. **V I I.**

Huic, & illi, cui nomen est Tholus, in omnibus eadem vis est. Ratio adhibēdi huiusmodi est. fasciæ caput occipitio inijcimus, eamq; sub infimā auriculā obliq; inter frontem & verticem ad occipitiū ducimus, tum inter frontē & verticē priori parti aduersam, ac sub infimā auriculam ad occipitiū attrahimus. post hæc fronti circūagimus sic, vt quod mediū est, semirhombi effigiē referat. extrema vero fascia, nō modo in hoc, sed in alijs quoq; capitis vinculis, sibula à latere vincēda est. Possumus etiā, si ex vsu sit, fasciā circūducere, non ab inferiori parte sursum, sed cōtra.

vinculum ad caluariam, uel scapula, uel Tholus, seu Dioclis, seu Glaucij. **V I I I.**

Maxime idoneum est, vbi summum caput, & quod inter ipsum & frontem est, vincire cōuenit. hoc autē modo ipsum inijcies. orsus ab occipitio fasciam recte per verticē duces ad frōtem, ibiq; sinistra manus digito indice continebis, & iuxta priorem partem rursus ad occipitiū demittes, ab eoq; tertio ad frontē porriges iuxta partē priorem, vbi ipsam obuolues per eum sinum, qui à digito tenebatur, postremo fronti circumages.

Thais Perigenis, quam alijs ad Molpi eam auctorem referunt. **I X.**

Adhibetur eadem causa, qua Tholus, sed quandam præter vsum elegantia habet. Vbi Tholus vinculum superdatum fuerit, angustioris fasciæ caput, sub eius ambitum indatur, eaq; porrigatur obliqua ad summum caput, & inter ipsum & frontem, tum in fronte sub prioris fasciæ sinum agatur, inde obliqua ad verticem, per id, quod inter ipsum & frontē est, ducatur, post hæc ad occipitium, dein sub infima auricula dextra inter frontē & verticem, sub infima auricula sinistra rursus ad occipitiū reuertatur. Nos vero, vt fidelius contineatur, alium quoq; ambitum per frontem adijcimus.





*Thais alia sine auctore.* X.

Tholo obuoluto, fasciola, quæ digiti latitudinem aquet, vel etiamnum angustior sit, orsa ab occipitio recta ad summum caput, & ad frontem, per id, quod inter ipsam & verticem est, adduci debet, ibiq; duplicata rursus ad occipitium porrecta cõuertitur, atq; inde per dexteram capitis partem ad verticem, & inter ipsum & frontem procedere, deinde ad sinistrum tempus demitti, qua duplicanda est, & per partem prius obuolutam, ad dextram capitis attrahenda, inde similiter duplicata ad tempus, quod tertio fiat, vt tres sinus duplicatæ fasciæ cincinnorum imaginem referant, sed postquam tertio ad dextram occipitij partem ventum fuerit, fasciola ad sinistram partem cõuertenda, vt eque in altero tempore conspicatur, postremo, vt bene priores ambitus teneat, fronti circumagenda.



X



XI

*Discrimen.* X I.

Ad eosdem pertinet ad quos Glaucij Tholus, inijciturq; hoc modo. fasciæ quod satis est, a facie depēdeat, & reliqua eius pars ad summum caput, per id quod inter ipsum & frontem est, feratur, inde ad occipitium, ibiq; tradatur ministro cõtinēda, post hæc conuersa circa frontem detur, quo facto caput a facie pēdens, per partem primo iniectam, recte ad verticem, per id, quod inter ipsum & frontem est, procedat, inde ad occipitium, ibiq; finiatur.

*Scapha, seu Tholus Diocleus.* X I I.

Recte datur, vbi cumq; cõiungere diducta necesse est, vel quod ob diutinu materię cursum ad oculos incisa cutis fuerit, vel quod frõs alioquin vulnus acceperit. Obuoluitur autem hoc modo. fasciã ab occipitio orsam trahimus sub infima auricula dextra, vel sinistra, prout ab hac vel illa prius ducendã æstimabimus, inde ad tēpus adiunctum, ab eoq; transuersam inter frõtem & verticem, porrigimus ad alterum tempus, inde sub infima auricula ad occipitium, qua caput prius superiniecctum adstringimus, dein super aurē frõti circūdamus, sic, vt ambitus hic, illi subijciat, q̄ iter fronte & verticē pcedit, ac vterq; e regione alterius, ab interiori parte sit resimus, tū quoties opus est eodē modo circūagimus.

Inijcitur & aliter per duos fasciæ ambitus, circa eam futuram, quæ ad aures per verticem tendit sic, vt alter ambitus super futuram sit, alter infra, & vterq; ab interiori parte sit resimus, inferior autem sursum procedere debet, superior vero deorsum.

*Thais sub incerto auctore.* X I I I.

Illis idonea est, quibus quod inter frontem & verticē est ac p̄ximas partes, cõuenit deuin cire. Eam sic admoueto, vbi semirhombum inieceris, sic tamen, vt fasciã frontē non cõplectat, ipsam ab occipitio obliquã, ad verticē & frontē porrigito, ibiq; conuertito, facitoq; vt circa frontē Lunę figurã imitet, & cornua sursum spectēt, ima parte sita iter supercilia: post hæc ab altera parte verticis ad occipitium ducito, sicq; circa frontē attrahito. huiusmodi vinculu præter eam, quam semirhombus affert vtilitatem, est etiam aliquo modo speciosius.

*Glaucij vinculum superimpositum, vel additum.* X I I I I.

Ad eosdem confert, ad quos vinculum ad caluariam, sed huic magis fidendum, igitur, vbi vinculum ad caluariam adhibitum est, aliud superinijcito, cui nomen est lepus sine auribus, ne longum faciam.



XIII



XIII

*Regium*



A Regium

X V.

Idem efficit, quod Thais sub incerto auctore, nimirum, quod inter frontem & verticem est, ac proximas partes, deuincit, cuius hæc ratio est, fasciæ quantum satis est dependere à facie sinimus, quodq; ex ea restat, iter frontem & verticem recta ad occipitiū trahimus, inde conuersam sub ima aure inter frontem & verticem oblique ad occipitiū, ab hoc oblique item ad id contrariæ partis, quod inter verticem & frontem est, tum per tempus, ac sub ima aure ad occipitiū ducimus, deinde caput, quod à facie pendebat, ad frontē attrahimus, terq; ibi replicamus, sic, vt sinus ad similitudinem graduum, se excedat, quos postremo comprehendimus fascia circa frontē obuoluta.

Capistrum, quod dimidiatum, uel ad alteram partem dicitur. X V I.

Expediitissimum est, ubi maxillam seu vulneratam, seu prolapsam, seu ob distentionem oris alium ue morbum oportet ab altera parte vinciri, fascia ab occipitio orsa, obliqua per verticem, & inter ipsum & frontem per tempus ferri debet ad malas, inde sub mēto & ima aure alterius partis ad occipitiū, deinde sub imis auribus ac mento attracta eodem reuertitur, atq; ad eandem rationem, quoties opus est, circuire. Tunc vero cōmodum ita circumdatur, cum à superiori parte deorsum deligandum est, sin ab inferiori parte sursum, fascia ab occipitio incipiat, & sub infimam auriculam, mentumq; procedat, tum per malas ducatur, & obliqua inter frontem & verticem ad occipitiū, dein sub mentum circumagatur, postremo frontem ambiat.

Capistrum ad utramq; partem. X V I I.

Ad eos pertinet, quibus maxilla vel vtrinq; suo loco mota est, vel alio quopiam tenetur, ex ijs, quæ dicta sunt in capistro ad alteram partem. fascia occipitio primum iniecta, oblique per verticem & inter ipsum & frontem ad malas porrigitur, demissaq; sub mentum maxillam, & malas ab altera parte amplectitur, inde inter frontem & summum caput per partem prius iniectam in speciem literæ X ad occipitiū reuertitur, & sub imis auribus ac mento rursus ad occipitiū data, nouissime frontem complectitur.

Idem ab inferiori parte sursum. X V I I I.

Ab occipitio ordiatur, & sub infimam auriculam, ac sub mentum detur ad malas, inde obliq; per summū caput ad occipitiū tēdat, ab eoq; sub infima auricula alterius partis, & sub mento demittatur, tum ad malas, post hæc obliq; inter frontem & verticem ad occipitiū ducatur, & fronti postea circumdetur.

Idem in utraq; partem ductum à superiori parte deorsum. X I X.

Media fascia cōplecti occipitiū oportet, capitaq; eius per verticē obliqua inter ipsum & frontem porrigere, sic, vt X literam representent, deinde per malas sub mentum, & sub imas aures ad occipitiū reuertit, post hæc circa frontem obuoluit, & ad occipitiū adducta sub mentum demitti, postremo ad occipitiū per frontem circuire.



XV



XVI



XVI



XVII



XVIII



XIX

Septima Classis.

PPPPPP iii Idem



Idem aliter.

X X.

Media fascia super frōtem detur, capitaq; eius ducantur ad occipitium, ibiq; figuram accipiant literæ X, post hæc sub imas aures ac mentum ad malas, inde inter frontem & verticem obliqua ad occipitium demittantur, tum sub mentum, nouissime per frontem circumdentur.



XX

XXI

Aliter.

X X I.

Fascia media ab occipitio orsa, capita sub imas aures mentumq; attrahenda sunt, tum per malas, quod superest eodem modo obtoluendum, quemadmodum in ea, quæ proxime posita est.

Capistrum obliquum ad alteram partem, quo uincuntur quæ iuxta aurem sunt, & maxilla processum. X X I I.

Ab occipitio initium sumat, & sub infimam auriculam ad tempus, atq; inter frontem & verticem oblique ad occipitium, & circa frontem procedat, sepiusq; ad eandem rationem circumeat, quo modo procedere debet, cum ab inferiori parte sursum attrahitur. Sin expeditius sit à superiori parte deorsum, ita porrigatur, incipiat ab occipitio, & oblique per verticem & inter ipsum & frontem ad tempus procedat, ab eoq; sub infimam aurem ad occipitium reuertatur, deinde frontem ambiat.



XXII

XXIII

Quod alij leporem sine auribus, alij semiribonum uel naviculam dicunt, ad utranq; partem commodissime ad frontem, & ex parte etiam ad id, quod inter ipsum & verticem est, adhibetur. X X I I I.

Occipitio primum fasciam injicimus, ab eoq; sub infimam auriculam ad tempus, & inter frontem & verticem adducimus, & obliquam ad occipitium demittimus, inde circa frontem iuxta angulum oculi temporis propiorem, & inter frontem & verticem oblique ad occipitium, inde oblique inter verticem & frontem, parti prius injectæ aduersam sic, ut ibi X literam repræsentet, post hæc sub infimam auriculam ad occipitium, postremo circa frontem.

Idem in utranq; partem ductum à superiori parte deorsum. X X I I I I.

Media fascia occipitium amplectitor, capitaq; eius per verticem inter ipsum & frōtem adducito, sic, ut ibi X literam repræsentent: inde sub imas aures ad occipitium, post hæc circa frontem attrahito.

Idem ab inferiori parte sursum. X X V

Fascia media ab occipitio orsa sub infimis auriculis in vtranq; partem ducitur, ad angulos oculorum temporibus propiores, ab his inter frontem & verticem ad occipitium reuertitur, deinde frontem comprehendit, quibusdā placet hæc sub mentum quoq; circumagi.



XXIII

XXV

Vinculum



**A** Vinculum à superiori parte iunctum.  
X X V I.

Capistrum rectum ad utramque partem adhibemus, fasciamq; non amplius sub mentum, sicut i illo, sed per medium nasum agimus ad occipitium, & super eam futuram attrahimus, quæ ad aures per verticem tendit.

Vinculum Glaucij valde iunctum.  
X X V I I.

Eadem ratione obuoluitur, atque id, quod à superiori parte iunctum inscribitur, nisi quod fertur etiam sub mentum.

Perigenis galea gladiatoria. X X V I I I.

**B** Aptissima est, ubi caput ac malæ pluri bus locis vulnus acceperunt. capistrum obliquum ad utramq; partem inijcitur, dein Glaucij scapha, post hæc rursum capistrum ad utramque partem. nonnulli ut vinculum hoc elegantius reddant, id capitis ornamentum, quod κεφαλον appellat, parantes assuunt. adhibetur item & alio modo sine obliquo capistro, & fascia per malas minime porrecta.

Galea aliter ad eosdem. X X I X.

Fasciæ quod satis est à fronte dependeat, reliqua ad occipitiũ recta ducatur, & eatenus obuoluatur, ut rectum capistrum efficiens totas genas & caput complectatur. quo factò caput quod à fronte pedit, sursum conuertendum est, & recta per verticem ad occipitiũ attrahendum, ac, si placeat, sub imas quoq; aures adducendum.

Lepus auritus. X X X.

**C** Sic appellat semirhombum, ubi laqueus ille accedit, quem auriculas nuncupant, qui vel gladiatoribus decoris causa datur, vel ut caput contineat, ubi propter aliquem faciei affectum pertractare id oporteat. si decoris causa, auriculæ breues sint, & in medio frontis, nam sic animalis imaginem referunt: sin ut contineant, in medio limiliter, & magne, ut digiti in earum sinus coniecti, continere caput queant.

Alius ad tempora. x x x I.

**D** Hæc ratioe obuoluitur. ex altera parte fasciæ laqueus fit pastoralis, vel qui duos habens sinus nominatur (quos sæpius in libro de laqueis breuiter declarauimus) & fronti inijcitur, super quem deinde semirhombus, vel nauicula circumligatur.

Simplex oculus, uel tenue vinculum ocularium.  
X X X I I.

Fasciã ab occipitio orsam ducimus per verticem inter ipsum & frontem, iter supercilia, ad oculum sic, ut ipsum contegat, inde sub infimã auriculam ad occipitiũ postremo circa frontẽ.

Idem ab inferiori parte sursum. x x x I I I.

Ab occipitio initium sumit, & per summũ caput inter ipsum & frontem inter supercilia ad oculum, tum sub infimã auriculam ad oculum, inter frõtem & verticem agitur, post hæc ad occipitiũ, & circa frontem.

Duplex





Duplex oculus à superiori parte ductus.  
X X X I I I I.

Orditur ab occipitio, & per summum caput, atque id, quod inter ipsum & frontem est, iter supercilia fertur ad oculum, tum sub infimam auriculam alterius partis, ad alterum oculum, inter supercilia inter frontem & verticem ad occipitium, postea circa frontem.

Potest etiam, si ad rem magis pertineat, initio conuerti, & ab inferiori parte sursum circumdari.

Duplex in utramque partem ductus à superiori parte deorsum. X X X V.

Media fascia ab occipitio orsa, ducere capita oportet inter frötem & verticem, atque inter supercilia, sic, vt ibi X litera figuram accipiant, tum ad oculos, atque inde sub imas aures ad occipitium & circa frontem.

Aliter. X X X V I.

Media fascia ordiatur à fronte, capita ad occipitium dentur, inde ad modum literæ X similiter, atque in superiori vinculo procedant.

Oculus rectus ad alteram partem.  
X X X V I I.

Orsi ab occipitio fasciam per summum caput, & inter ipsum & frontem directa ad oculum ducimus, inde per eam partem, qua maxilla cum malis committitur, sub mentum, & sub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.

Duplex ex eodem ductus.  
X X X V I I I.

Priusquam frontem comprehendat, ab occipitio ad alterum oculum trahi debet, tum recta, qua maxilla cum malis committitur, sub mentum, ab eoq; sub infimam auriculam ad occipitium & circa frontem.

Idem ab inferiori parte. X X X I X.

Fasciam ab occipitio orsam ducito sub infimam auriculam, ab eaq; sub mentum, & qua maxilla cum malis committitur, ad oculum, inde inter frontem & verticem ad occipitium, post hæc sub infimam auriculam, sub mentum, qua maxilla cum malis ex altera parte committitur, ad oculum atrahito, tum inter supercilia super partem prius iniectam ad modum literæ X inter frontem & verticem ad occipitium porrigito, et circa frontem nouissime circumdato.

Idem in utramque partem ductus. X L.

Fascia media non secus ac in ea, quæ obliqua oculum vinciebat, occipitio iniiciatur, capitaq; à superiori



XXXIII.



XXXIII.



XXXV



XXXVI



XXXVII.



XXXVIII.



XXXIX



XL

E

F

G

H



**A** à superiori parte, vel inferiori attrahantur, potest etiamnum media fascia sub mento incipere.

*Lintheum scissum ad nasum.* XLI.

Fascia eatenus lata esse debet, vt nasum complectatur, longa vero, vt duplicata à naris ad occipitium perueniat. Orsam igitur ab occipitio recta per verticem & inter ipsum & frontem ad medium nasum adducimus, & quod ex ipsa superest à facie sinimus dependere, quod rectum in duas partes scindimus, vsque dum ventum sit ad superius labrum. quo facto alteram fasciolam mediam, ab imo naso orsam super eam, que scissa pendet à facie, in vtrancq; partem, sub imas aures ad occipitiū ducimus, super partem primo insecam, sic, vt ibi X literam representet, ministroq; tradimus, deinde partes scissas à facie conuertimus ab vtracq; parte nasi inter supercilia, vt ibi literæ X similitudinem accipiant, ac per summum caput obliquas ad occipitium porrigimus, & cum priori capite iungimus, super quas deinde capita à ministro contenta circa frontem attrahimus, sic, vt à latere nodo vel fibula inter se vinciantur.



XLI.

*Funda ad nasum ex quatuor capitibus.* XLII.

Scindendum lintheum est in partes quatuor, mediumq; integrum relinquendum, qua vincire debet imum nasum, ex capitibus vero, quæ superiora sunt, pendere deorsum oportet, inferiora per genas primum ad angulos oculorum temporibus propiores procedere, inde inter frontem & verticem ad similitudinem X literæ inter se commissa à ministro contineri, reliqua duo sub imas aures ad occipitium demitti, ibiq; literæ X similitudine accepta, circa frontem agi, & à latere inter se deligari, tum quæ à ministro tenebantur, in occipitio desinere.



XLII.

*Eadem ex tribus fasciis.* XLIII.

Vna media iniicitur sub imo naso, capitaq; eius per oculorum angulos temporibus propiores inter frontem & verticem ducuntur, ibiq; aduersa ad imaginem literæ X à ministro continentur, altera media datur super imum nasum, & in vtrancque partem ducitur ad occipitium, ibiq; accipit nodum cum capitibus à ministro contentis, tertia orditur à fronte, & capiti circumdata à latere deligatur.



XLIII.

XLIII.

*Eadem ex duabus.* XLIIII.

Vna sub imo naso dari media debet, capitaq; eius per angulos oculorum temporibus propiores inter frontem & verticem porrigi, atque inter se aduersa in speciem literæ X ministro similiter tradid: altera media iniici super imum nasum, & capita eius ferri sub imas aures ad occipitium, & ibi X literæ similitudine accepta per frontem circumagi, & à latere deuinciri.



Nasus ex binis fasciis. X L V.

Vna super nasum in longitudinem datur, dimidiaq; pars à fronte dependeat, reliqua per verticem recta ad occipitium porrigatur, sed alterius medium dandum est sub imum nasum, capita vero sub infimas auriculas ad occipitium ferenda, vbi debent literæ X similitudinem accipere. post hæc prioris fasciæ quod à fronte pendet, sursum conuertendum, & super partem primo volutam recta per verticem ad occipitium demittendum. quo facto, capita quæ ibi literæ X figuram acceperant, id complexa, postquam fronti circumdata fuerint, finienda sunt.



B

Accipiter ad nasum ex tribus fasciis. X L V I.


Vna sub imo naso media incipit, cuius capita vtrinque iuxta nares inter supercilia ducuntur ad imaginem literæ X, inde ad summum caput atq; occipitium dantur, ibiq; continetur; altera media super imum nasum obuoluitur, capitaq; eius sub infimas auriculas ad occipitium demittuntur, & ibi inter se, & cum capitibus, quæ continebantur, vinciuntur; tertia media à fronte orditur, & in vtrinque partem circumacta à latere capitis finitur.

Idem ex binis fasciis. X L V I I.

Prior fasciæ perinde atque altera circumagenda est, sed capita huius in occipitio ad literæ X similitudinem inter se aduersa, vbi frontem complexa sunt, finiuntur: illius vero sub his comprehenduntur, vel ipsa quoq; in occipitio in speciem literæ X inter se aduersa sub mentum adducuntur, ibiq; inter se alligantur.

Fasciæ glomerata ad idem. X L V I I I.

Fasciæ pendere tantum à facie finito, quantum à naribus possit ad occipitium peruenire, reliquam eius partem recta per nasum, inter supercilia ad frontem & verticem trahito, inde per medium caput ad occipitium demittito, ibiq; conuersam sub infima auricula ad imum nasum attrahito super partem pendentem, inde sub infima auricula alterius partis ad occipitium ducito, ibiq; contineto. post hæc caput, quod à facie pendebat, recta super partem priorem volutam, ac occipitium dato, sic, vt à reliqua fasciâ comprehendatur, quam postremo circa frontem adducito, & ad occipitium reuersam à latere capitis deuincito.



Funda. X L I X.

Orsa ab occipitio obliqua per verticem & inter ipsum & frontem tendit ad angulum oculi temporis propiore, inde per genam ad imum nasum, ab eoq; ad genam similiter alterius partis, oculi aduersa, post hæc ad occipitium demittitur, & sub infimis auriculis porrecta ad occipitium reuertitur, nouissimeq; fronti obuoluitur.

Eadem aliter. L.

Fasciam occipitio primum in scimus, deinde obliquam per verticem ad tempus atq; angulum oculi



**A** oculi temporii propiorem adducimus, ab eoq; sub imum nasum, atque infimam auriculam rursus ad occipitium demittimus, ibiq; conuertimus, & priori parti aduersam obliquam ducimus ad tempus, ac sub imum nasum ad infimam auriculam contrariae partis, post haec ad occipitium, deinde sub infimam auriculam, sub imum nasum, ac sub imam auriculam alterius partis ad occipitium, postremo circa frontem obuoluimus.

*Amintae uallum.* L I.

Orsi ab occipitio, fasciam oblique per verticem ducimus, atq; inter ipsum & frontem inter supercilia, inde a latere iuxta angulum oculi, naribus propiorem recta ad proximam narem, inde qua maxilla cum malis committitur, attrahimus, tum sub mentum demittimus, & sub infimam auriculam ad occipitium damus, ab eoq; per verticem oblique inter ipsum & frontem, atque inter supercilia porrigimus, priori parti aduersam in speciem literae X. post haec a latere nasi, ex contraria parte, & qua maxilla cum malis committitur, sub mentum atque infimam auriculam alterius partis ad occipitium, inde fronti circumdamus, post haec sub infimam auriculam, per medium nasum, ad alteram infimam auriculam atq; occipitium, praeter haec nonnulli quoque mentum complectuntur. Adhibetur autem commodissime, ubi vel inter supercilia, vel medium nasum deligare opus est,



L I. L II

**B** Ab occipitio inchoatur, & oblique per summum caput atque inter ipsum & frontem procedit inter supercilia, inde iuxta angulum oculi naso propiorem per genam sub imam aurem ad occipitium, ab eoq; per contrariam partem, sic, ut inter supercilia literae X figuram accipiat, tum oblique inter frontem & verticem, per verticem ipsum ad occipitium demittitur, deinde sub infimam auriculam, per medium nasum, atq; alteram infimam auriculam, item ad occipitium reuertitur, post haec circa frontem agitur. Quidam, ut speciosius vinculum essicerent, per eam quoq; futuram, quae ad aures per verticem tendit, circuire voluerunt. Potest etiam, si res postulat, fascia duci in utramq; partem. huic & superiori eadem vis est.

*Phalera, seu uallum.* L I I.

**C** Fascia primum occipitio datur, & recta per verticem inter supercilia tendat iuxta angulum oculi naso propiorem, & ab altera nare super imum nasum feratur iuxta alterum angulum naso propiorem, & inter supercilia, ut ibi similitudo literae X fiat, post haec recta iuxta partem prius volutam ad occipitium reuertatur, ibiq; conuersa sub infimam auriculam, & super imum nasum, ac sub infimam auriculam alterius partis, itidem ad occipitium adducatur, & fronti nouissime circumdatur, quam agere etiam licet super eam futuram, quae ad aures per verticem tendit. Nonnulli, ut elegantius vinculum reddant, adijciunt semirhombum, cuius rationem supra indicauimus.

*Menecratis accipiter.* L I I I.

**D** Fasciam ab occipitio orsam recta ad summum caput adducito, deinde inter ipsum & frontem, atque inter supercilia ab altera nare sub imum nasum attrahito, inde sub imam auriculam alterius partis, & super imum nasum ab eoq; sub imam aurem ad occipitium obuoluito, inde circa frontem.



L III. L IIII

*Amintae uallum ad nasum in alteram partem declinatum.* L I I I I.

Fasciam ab occipitio orsam recta ad summum caput adducito, deinde inter ipsum & frontem, atque inter supercilia ab altera nare sub imum nasum attrahito, inde sub imam auriculam alterius partis, & super imum nasum ab eoq; sub imam aurem ad occipitium obuoluito, inde circa frontem.

Hippocratis



Hippocratis uinculum adducens. L V.

Idem præstat, quod proximè positum. sic autem obuoluitur. membranula palmæ longior accipitur, cuius vnum caput glutinæ vel gummi illitum naso agglutinatur ab ea parte, in qua iacet: alterum sub imam aurem ad occipitium adducitur ab eoq; ad frontem, quâ similiter agglutinatur.

Ad aures linteam scissum in quatuor partes. L V I.

Medium auriculam complectatur, ex partibus vero scissis, quæ super auriculam sunt, ubi. X. literæ figuram acceperint, vna per frontem, altera per summum caput, ad occipitium porrigantur, tum quæ per frontem procedebat, quâ. X. literæ similitudo est, attrahatur, quæ per verticem, ad frontem ducatur, & à latere capitis ambæ inter se vinciantur, sed partes subiectæ aduersæ inter se procedant, & altera per posteriorem partem, altera sub mentum detur ad occipitium, ibiq; nodum accipiant.

Auris ex fascia glomerata. L V I I.

Fascia post læsam aurem prope occipitium orsa, per ipsam ferri debet, vt ex parte eadem includat, inde inter frontem & verticem attrahi non longe à fronte, tum per priorem partem prope alteram aurem ac sub mentum ad aurem affectam, deinde inter verticem & frontem ad posteriorem partem integræ auris, & sub mentum, atq; infimam auriculam ad occipitium, inde circa frontem, ac rursus ad occipitium.

Aliter. L V I I I.

Occipitio primum iniicitur, & sub infimam aurem sanam inter frontem & verticem ad priorem partem affectæ auris porrigitur, atq; inde sub mentum, & sub infimam aurem ad occipitium, deinde oblique super aurem, post hæc circa frontem.

Linteam scissum in partes sex ad regionem iuxta aurem. L I X.

Medium super locum vincendum iniicimus ex partibus vero alijs à ceruice depēdētibus, alijs super caput collocatis, eas, quæ à priori parte sunt, inter frontem & verticem nodo inter se deuincimus, medias vero in summo capite & inter se, & cum prioribus alligamus, posteriores ad occipitium adductas, vt. X. literam referant, circa frontem agimus sic, vt à latere capitis finiantur.


Iunctura ad malas ex tribus fascijs. L X.

Vna mediâ inter frontem & verticem iniiciatur, capitaq; eius per malas sub mentum demittantur, ab eoq; per malas iuxta priores partes iter frontem & verticem procedant, ibiq; inter se colligetur, quod si oculos quoq;



LV

LVI



LVII



LVIII



LIX



LIX



LX

E

F

G

H



**A** los quoque deuincire volueris, ducantur non iuxta priorem partem, sed per oculos, tum inter frontem & verticem data in speciem literæ. X. ad occipitium adducantur: altera fascia media inter frontem & verticem orsa in vtrâq; partem attrahatur iuxta oculorum angulos temporibus propiores, ad mentum, atq; ibi nodum accipiat: tertia media medium nasum amplectatur, capitaq; eius sub infimis auriculis ad occipitium adducantur, ibiq; X. literæ similitudine accepta per frontem circumeant, & nodo à latere capitis vinciantur.

Longa ad frontem & regionem, quæ inter supercilia est ex fascia glomerata. L X I.

Dari primò super occipitium debet, post hæc rectà duci ad frontem & inter supercilia, deinde ad occipitium reuerti, & postremo per frontem circumagi.

Funda ad labrum inferius scissa in partes quatuor. L X I I.

**B** Medium, quod integrum est, iniicito super labrum inferius, superiores verò partes ad mentum adducito, atque inde ad occipitium, ibiq; in speciem literæ. X. altera super alteram excedente, ad summum caput, & inter ipsum & frontem attrahito, ministroq; tradito, reliquas verò binas partes sub infimis auriculis ad occipitium porrigit, atque ad formam literæ X. ad frontem attrahito, & has, & quæ à ministro continebantur, inter se deuincito.

Eadem ad labrum superius. L X I I I.




LXII LXIII

**C** Media superius labrum complectitor, inferiores partes iuxta angulos oculorum temporibus propiores adducito inter frontem & verticem, vtibi. X. literæ figuram accipiant, inde ad occipitium demittito, reliquas duas partes sub infimas auriculas ad occipitium attrahito, ibiq; inter se aduersas circa frõtem agito, & inter se deuincito.

Fascia glomerata ad labrum inferius. L X I I I I.

Orditur ab occipitio, & sub infima auricula fertur ad labrum inferius, ac sub infima auricula reuertitur ad occipitium.

Eadem in utramque partem ducta. L X V.



LXVI LXVII

**D** Media labrum complectitur, capitaq; eius sub imas aures ad occipitium attrahuntur, & fronti circumdantur.

Alia. L X V I.

Incipimus ab occipitio, & sub infimam auriculam ad labrum fasciam ducimus, ab eoq; sub infimam auriculam ex altera parte ad occipitium, inde per verticem obliquam, & inter ipsum & frontem ad tempus porrigitur, ab eoq; per malas sub mentum ad malas ex altera parte, deinde inter frontem & verticem in speciem literæ. X. inde ad occipitium, postremo circa frontem.

Ad labrum superius. L X V I I.

Ab occipitio ordiatur, & obliqua detur inter verticem & frontem iuxta oculi angulum temporibus propiores ad labrum superius, ab eoq; ad alterum tempus, atque oculi angulum ipsi propiores, tum inter frontem & verticem super partem prius iniectam ad imaginem literæ. X. inde ad occipitium & circa frontem.

Eadem



Eadem à medio orsa. L X V I I I.

Media superius labrum complectere, capitaq; iuxta tempora, oculorumq; angulos temporibus propiores porrigere, inde inter frontem & verticem, ut ibi. X. literam referant, tum ad occipitium, post hæc per frontem, rursus ad occipitium.

Funda scissa in partes quatuor ad occipitium. L X I X.

Media occipitium comprehendit, ex partibus vero, quæ subiectæ sunt per malas atque angulos oculorum temporibus propiores inter frontem et verticem feruntur, ibiq; inter se deligantur, reliquæ sub infimas auriculas ad occipitium ducuntur, ubi ad modum literæ X altera super alteram excedit, q; si breviores fuerint, in occipitio cum prioribus aptantur, si longiores, ad frontem adducuntur. \*

Cum de vinculis tam simplicibus, quam compositis, quæ faciei & capiti conveniunt, abunde dixerimus, proximum est, ut ad reliqua pergamus.

Iunctura ad mentum EX SORANO. L X X.

Fasciam ab utroque capite scindentes, sic, ut medium, quo mentum comprehenditur, intactum relinquatur, inferiores quidem partes, rectè per malas inter frontem & verticem porrigimus, superiores per mentum transversas ad occipitium attrahimus, nodoq; inter se alligamus, prodest autem quibus devincire mentum convenit.

Spica Glaucij. Nunc GALENVS. L X X I.

Nomen inuenit à spica, quam suo ambitu imitatur, maxime autem proficit, ubi iugulum fractum est, aut humerus excidit, eius ratio est. Hapsus lanæ mollis ab ea parte, quæ vincienda est, alæ subijcitur, donec id cauum cõpleat, post hæc fascia glomerata, quæ longitudinem & latitudinẽ habeat pro portione eius, quod alligatur, ab altera ala incipiens obliqua per dorsum tendit, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur, inde sub ala affecti humeri ad eam partem reuertitur, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur, ita, ut ibi. X. literam repræsentet, deinceps obliqua per pectus procedit ad alam integræ partis, inde per dorsum obliqua ad iugulum, ita, ut parti prius obuolutæ aliquantulum insidat, ab eoq; sub ala iterum datur ad iugulum, sic, ut secundo similitudo, X. literæ fiat, postremo ad alam integræ partis, atq; ad eandem rationem circumagitur.

Eadem media primum iniecta. L X X I I.

Adhibita spica brachium figurandum est ad angulum rectum, atque altera fascia media inuoluendum, cuius capita recta ducenda sunt, quæ iugulum cum lato scapularum osse committitur, atque ibi in speciem literæ X. aduersa inter se ad alam integræ partis attrahenda, post hæc per latera atque affectum humerum circumdanda eatenus, ut omnia includantur, & sub ala sanæ partis finienda.


E



LXVIII


LXX

F



LXX

G



LXXI

LXXII

H




**A** Eadem in utramq; partem ducta,  
L X X I I I.

Media alam affecti humeri complectitur, & in utramq; partem ducta, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, X litera figuram accipit, inde oblique pars vna per dorsum, altera per pectus procedit ad alteram alam, atq; ad hunc modum, quoties opus fuerit voluta, finitur.

Geranis (ita enim appellatur à gruís similitudine) Hippocratis, sine (ut alijs placet) Perigenis. L X X I I I I.

**B** Iisdem conuenit, quibus spica, in hunc autem modum obuoluitur, ubi spicam iniecerimus, se mel circa humerum dari fascia debet, inde ad iugulum procedere, tum oblique ad alteram alam, atq; ibi desinere.



LXXIII


LXXIII

Funda humerum complectens, quae idem praestat atq; Geranis. L X X V.

**C** Spicam adhiberi prius conuenit, tum ab ea parte qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, fasciam semel recta ferri ad brachium, quod ad angulum rectum figuratum sit, atq; inde rursus ad eam partem, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, deinde ad alam integre partis, post hec humero & lateribus circumdari, & sub ala nodum accipere.

Eadem aliter. L X X V I.

Media vitati humeri caput amplectatur, capitaq; eius recta ducantur ad brachium in vicinia cubiti, & rursus iuxta partes prius iniectas, qua iugulum cum lato scapularum osse coniungitur, inde ad alam integre partis, post haec in orbem.



LXXV

LXXVI

Aliter. L X X V I I.


**D** Media circumdanda est ale integre partis, capitaq; eius in orbem ad latera atq; humerum attrahenda, tum sub ala integre partis iterum demittenda, inde obliqua ducenda sunt ad eum vitatae partis locum, ubi iugulum cum lato scapularum osse committitur, deinde recta per humerum ad cubitum, ab eoq; rursus ad eam partem, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, inde ad alam integre partis, postremo in orbem circa humerum.

Spica duplex, quam alij quadrigam dicunt.

L X X V I I I.

Comodissime iniicitur, cum vtrumq; humeri caput male habet, eius ratio haec est, ubi spica simplex data fuerit, fasciam sub alam vitati humeri demittentes obliquam ducimus ad alterum humerum, atq; ad eam partem, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, sic, ut tibi X litera referat, deinde ad alteram alam, atq; ad eandem rationem circumagimus.

Septima Classis,



LXXVII

LXXVIII


QQQQQQQ Cataphrasis



## Cataphracta.

LXXIX.

Nomē habuit à similitudine thoracis Romani, quem cataphractam dicūt, prodest autem quibus deligare iuxta iugulum cōuenit latum os scapularum, pectus, dorsum aut latera. quod vinculi aliqua ex parte duplicem spicam representat, sic autem obuoluitur. Ala primo circumdatur, tum oblique per pectus ducitur prope illam regionem, vbi iugulum cum osse pectoris cōmittitur, inde per ceruices ad latum scapularum os humeri contrarij atq; ad alam subiectam, ab eaq; ad ceruices super partem prius iniectam, ita, vt prope ceruices similitudo X literæ fiat, post hæc obliqua datur ad latum scapularum os ex altera parte, atq; ad alam, ab ala ad ceruices, vt in vertebra colli X literæ figuram accipiat, deinceps sub ala & oblique prope eam regionem, vbi iugulum cum osse pectoris cōmittitur, sic, vt hic quoq; similitudo X literæ fiat, & iuxta ceruices & super latum scapularum os, & sub ala, vt quater X literæ representet, nimirum semel à priore parte, semel à posteriori, bis prope iugulū. Ad eandem aut rationē quoties opus est, circuit, deinde in orbē attrahit circa pectus & latera sic, vt tota iūctura thoracē referat.



LXXIX

LXXX


Eadem in utramq; partem ducta. LXXXI.

Sub ala dari mediam fasciam oportet, & in vtramq; partem ferri ad proximum iugulum, sic, vt prope ceruices X literam referat, deinde oblique porrigi ad cōtrariam alam, ab eaq; ad proximum iugulum, vt ibi prope ceruices fiat similitudo literæ X, inde ad alteram alam oblique, postremo in orbem circa pectus.

Sostrati vinculum rectum ad alam & pectus.

Maxime conuenit, vbi medium pectus, vel dorsum aut latera, seu thoracem volumus deuincire. duas igitur fasciolas iuxta longitudinis humerorum capitibus iniicimus, earumq; capita recta sinimus depēdere: deinceps fascia glomerata thoracem totum obuoluimus & latera, vt contegantur, extremamq; fasciam nodo alligamus: capita vero, quæ & à priori & à posteriori parte pendeant, fasciæ circuitibus assuimus, ac, si longiora fuerint, sursum cōuersa, qua iugulū cum lato scapularū osse cōmittit, inter se colligamus.

LXXXI.



LXXXI

LXXXII

Vinculum in speciem literæ x ad alam & pectus. LXXXIII.

Quas proxime posui fasciolaræ, non rectæ, sed obliquæ depēdeant, ita, vt tam à pectore, quam à dorso similitudo X literæ fiat. cætera eadem fieri debent, quæ, vbi rectæ adhibētur.


Aminæ thorax. LXXXIII.

Huic & vinculo, quod ad alam posui, eadem vis est, sic autem fasciatur. imposita cataphracta ad vtramq; partem ducta, vbi fascia eatenus circuierit, vt vsq; ad vmbilicum cōplexa omnia fuerit, capita inter se vinciri debent sic, vt lupus laqueus fiat, quodq; ex his vltra laqueū relinquat, ad ilia vtrinq; adductū prioribus circuitibus iserit, sic, vt extremū pēdeat, qd' quatuor digitorū lōgitudinē æquet, quo fit, vt thoracis fimbriæ repñtet.

Thorax ad idem X literam representans.

LXXXIII.

Fasciam ilibus primum à dextra parte iniicito, & oblique per latus & medium pectus trahito ad humeri caput, ab eoq; ad alam atq; iterum ad humeri caput super partem priorem ad effigiem X literæ, post oblique per dorsum ad ilia super caput primo iniectum, deinceps per ventrem ad ilia sinistra partis in orbem circūducito,



LXXXIII

LXXXIII

E

F

G

H




**A** circunducito, deinde per dorsum priori parti aduersam, sic, vt ibi eiusdem literę similitudinem habeat, ad caput humeri dextrum, post hæc sub alam demittito, & rursus ad caput humeri circū- agito sic, vt ibi similitudo X literę fiat, post hæc per medium pectus ac latus oblique ad ilia fini- stre partis, nouissime in orbem circumdato, atq; ad eandem rationem voluuto, dum quæ liganda sunt, omnia includantur.

Stella. LXXXV.

Adhibito vinculo, cui nomen est thorax X literam representans, debet angustior fasciola dari in orbem semel aut iterum circa pectus & dorsum, & extremo capite fibula deuinciri.

Ceranis in speciem fiscellæ. LXXXVI.

**B** Idem potest, quod cataphracta, eius autē ratio est. à dorso incipit, & oblique per sca- pulas ad eam partem procedit, vbi iugulum cum lato scapularum osse committitur, inde sub ala demissa eodem reuertitur, vt similitu- dinem X literæ super eandem cōmissuram accipiat, post hæc obliqua per mammam ad vmbilicum, ibiq; conuersa oblique trahitur ad alteram māmam, atq; ad eam partem, vbi iugulum cum lato scapularum osse cōmitti- tur, vt ibi literæ X figuram accipiat, deinde per dorsum demittitur, & in orbē datur cir- ca latera, atq; ad eandem rationem circuit.



Stella à posteriori parte se ostendens. LXXXVII.

Vtiliter adhibetur, quibus deuincire dorsum oportet, sic autē circumdatur. ab ilibus orsa pu- ta sinistrae partis, per dorsum tendat ad caput humeri dextri, inde ad alam, ab eaq; per latum sca- pularum os sinistrae partis ad alam atq; humeri caput, dehinc oblique per dorsum feratur prio- ri parti aduersa, post hæc semel aut iterum in orbem circa ilia detur, eoq; ambitu extrema pars contineatur. Eandem quoq; sic circumagere licet, vt à priori parte oculis exponatur, id quod fit, vbi non à priori parte, sed à posteriori aequè circūeat.

**C** Vinculum, quod à fulmine *νεγώβιος* appella- tur. LXXXVIII.

Idem efficit, atq; illud, quod proxime po- situm est, fasciam iustæ longitudinis atq; lati- tudinis mediam in lōgitudinem scindimus, dum recipere caput possit, ex capitibus vero vnum à ventre, alterum à dorso patimur de- pendere, post hæc imponimus id vinculi, cui nomen est Thorax X literam representans, imaq; capita prioris fasciæ scissa in plures par- tes pendere sinimus.




Simplex vinculum ad cervicem. LXXXIX.

**D** Commodissimum est, vbi res poscit alterā ceruicem partem alligari, incipit autē à me- dio latere, & per dorsum fertur ad cervicem & pectus, & post hæc ad latus super caput primo iniectum, deinde per thoracē in orbē.

Duplex. XC.

Fascia primum alæ circumdari debet, tum oblique per dorsum ad cervicē procedere, inde ad pectus, & alā atq; alteram alam, post hæc oblique per pectus ad cervicem ita, vt ibi X literā representet, deinde oblique per dorsum ad alam, ac postremo in orbem cir- cumagi, atq; ad eandem rationem circuire.



Septima Classis,

QQQQQQQ ij cuspis




Cuspidis, siue banus,

X C I.

E

Binæ fasciolar, quæ & longitudinem convenientem habeant, & duorum digitorum latitudinem non excedant, mediæ humerorum capita complexæ dependent, & tam à dorso, quàm ab umbilico X literæ figuram accipiunt, post hæc fibula inter se iunguntur, quo facto obuoluitur Geranis in speciem fiscellæ.



XCI

XCII

Rhombus simplex.

X C I I.

Iisdem prodest, quibus proxime adscripta, conficitur autem ex duplici vinculo ad ceruices, & ex Geranide, ante dictis.

Rhombus duplex ad idem.

X C I I I.

Fascia ab illibus orsa obliqua per iugulum fertur ad latum scapularum os, inde ad alam, ab eaq; ad iugulum ita, ut qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, referat similitudinem literæ X. post hæc transuersa per collum ad alterum iugulum, tum sub ala demittitur, atq; ad idem iugulum reuertitur, ut ibi quoq; similitudo X literæ fiat, inde obliqua per mammam porrigitur ad ilia contrariæ partis sic, ut in pectore eandem literam referat, postea in orbem circa ilia fertur, & obliqua per dorsum tendit, qua iugulum cum lato scapularum osse committitur, inde ad alam demissa eodem reuertitur, tum transuersa per priorem partem, qua iugulum cum osse pectoris, & qua cum lato scapularum osse committitur & obliqua per dorsum ad ilia, postremo in orbem. Cum hoc etiam imponitur, vel duplex geranis, vel simplex vinculum, ad ceruicem, vel etiam duplex.



XCIII



XCIX

F

G

Softrati νεραυνιος.

X C I I I I.

Proficit ubi medium pectus & dorsum deligandum est, sic autem obuoluitur. duo iniijci vincula oportet, & quod cuspidis, & quod stella nuncupatur, tantummodo capita, quæ in stella per fibulam inter se iungebantur, ad ilia adducta dependent.

Apollonij iunioris ημνεραυνιος.

X C V.

Fasciolas, quas in cuspidis adhibuimus, ad humerorum capita damus, tum duplex vinculum ad ceruices iniijcimus, deinde geranida in speciem fiscellæ.

Softrati parua ara.

X C V I.

Speciosa est, siquidem obuoluta parue aræ angulos representat. Primum deligetur vinculum ad ceruices, deinde geranis in speciem fiscellæ, quo facto adijciuntur vinculum Softrati ad pectus, cum fasciolis suspendentibus.

Eiusdem paruum templum.

X C V I I.

Hoc etiam & decorum est, & idem proficit. recto vinculo Softrati imposto illud iniijciendum est, quod Quadriga nominatur.

Apollonij Thirij paruum templum.

X C V I I I.

Binæ fasciolar super dorsum dantur, quemadmodum in vinculo recto Softrati ad pectus postea simplex rhombus circumagitur.

Geranis in speciem fiscelle in priori parte se ostendens.

X C I X.

A latere orsa obliqua per pectus eò ducenda est, ubi iugulum cum lato scapularum osse committitur,

H




**A** mittitur, inde sub alam, ab hac eodem reuerfa per collum transfuerfa ducenda est ad cōmiffuram iuguli alterius partis cum lato fcapularum offe, deinde fub ala à priori parte verfus pofteriorem ad eandem cōmiffuram porrigenda, inde obliqua per pectus, & poftermo in orbem circa illa. idem quoq; vinculum à pofteriori parte fe oftendet, li circuitus, qui à priori parte fuerant in pofteriori collocemus, & eos qui à pofteriori, in priori.

*Anriga. C.*

Valet ad latera deligāda, atq; ad hunc modum injicitur. Media fascia collum comprehendimus, capitaq; obliqua p pectus attrahimus, ibiq; inter fe implicata fub alas adducimus ad dorfum, vbi rursus implicam<sup>9</sup>, atq; ita, donec totum thoracem deligauerint, modo à pofteriori, modo à priori parte implicamus, extremaq; inter fe deuincimus, quo vinculo vtuntur aurigæ ad latera continenda.

Expositis fasciis, quæ thoraci accommodātur, proximum est, vt ad reliquas pergamus.



EX HELIODORO.

*Affuta fascia ad mammam.*

C I.

**C** Fasciam, cuius longitudo ac latitudo fit, pportione hois, duplicamus, tū initio factio à medio eius partis, quæ duplicatur, fuimus deorfum oblique tēdētes, deinceps omne id, quod fufuram est, excidimus, vt pilei modo finis fiat, qui mammam, & quod fuperiniectum est, capiat. vtruncq; huius fasciæ caput in duos fcindimus, deinde ab altera parte finis, quæ contra futuram est, & veluti labrum linteæ, fasciolam latam circiter digitos duos à latere fuimus fic, vt alterum caput longius fit. breuius alterum, quæ fasciola cingulus dicitur. vincendi ratio est. finis datur ad mammam, vt ipsam comprehendat, longius vero cinguli caput per dorfum attrahitur ad integram mammam, & cum breuiori nodum accipit. ex capitibus fcillis priora duo fufum feruntur ad ceruices, ita, vt dexteriori finiftrum, finifteriori dextrum procedat, pendereq; finatur, quibus cum reliqua duo capita colligantur.

**D**

*Glomerata fascia ad mammam.*

C I I.

Longioris fasciæ, quæ tantum latitudinis habeat, quantum vfus requirit, caput in duas partes fcillum detur iuxta integram mammam, fascia vero per dorfum oblique ad vittatam mammam procedat, ab eaq; ad alteram, post hæc fuper dorfum, inde ad affectam mammam à fuperiori parte deorfum porrigatur, vt inter vtrancq; mammam X literæ figuram accipiat, fepiusq; ad eandem rationem circumeat, dum quæ nuda sunt, omnia contegantur. extrema vero fascia fcindatur, tum fcillæ partes inter fe vinciantur altero nodo fub integra mamma, altero fupra collocato.

EX SORANO.

*Duplex in vtrancq; partem ducta, à fuperiori parte deorfum.*

C I I I.

Mediæ fasciæ, quæ pectori transfuerfa circundetur, altera affuitur, donec vtrancq; mammillam pertransierit, hæc capitibus fuis recta ad collum datis ex eo fufpenditur, illa per dorfum procedit, vtriusq; capita inter fe vinciantur, vt deligandis mammis accommodentur.

Septima Classis.

QQQQQQQ iij Vinculum



Vinculum suspendens sex habens capita.

C I I I I

Suspendenti vinculo quatuor capitū circa mediam suturam, alia fascia transuersa ab suture, cuius capita, vbi (vt dictū est) deligatur, uerimus in dorso inter se vinciuntur, ne aut resolui vinculū possit, aut rugosum fieri. Habet autē eundē vsū, quē proxime traditū.

N V N C G A L E N V S.

Iunctura ad alterum inguen. C V.

Expediētissima est, vbi alligare inguen oportet. Inijcitur autē hoc modo. fascia ab ilibus orsa oblique per clunes ferri debet à parte inguinis vitiatū inter anum & naturale, post hęc sursum procedere ad inguen, tū in orbē per coxam ad ilia super partē prius iniectā, & ab inferiori parte sursum adduci.

Ad utrūq; inguen. C V I.

Abdomini fasciæ caput injicito, eamq; oblique per coxam inter anum & naturale attrahito ad inguen ab inferiori parte sursum, deinde iuxta caput primo iniectum ad coxam, atq; inter anum & naturale ad alterum inguen ab inferiori parte sursum, post hęc intra umbilicum, sicq; circūagito, dum inguen vtrumq; includatur.

Eadem in utrūq; partem ducta. C V I I.

Media fasciæ incipit ab inguine, capitaq; eius ad coxam data literæ X figuram accipiunt, & vnum ad inguen, alterum ab exteriori parte, pcedit, deinde ambo in vñ adducuntur atq; ad eandē rationē circumeunt.

Aliter ad alterum inguen. C V I I I.





Vnum fasciæ caput, quod breuius sit, nec duorum vel trium cubitorum longitudinē excedat, ab inguine dependeat, alterū vero glomeratū, p ilia ad coxā def atq; abdomē, inde oblique ad coxam & inguen circūagatur ab inferiori parte sursum, tum ad ilia & coxā, ac per ilia contrariē partis ad abdomē, tuncq; caput depēdēs ad inguē sursum cōuertat sic, vt ibi sinus fiat, q; altero capite, qd glomeratū est, cōprehēdat, post hęc rursus qd glomeratū est, per inguen & coxā ducat ad abdomē, rursusq; primū caput duplicet à superiori parte deorsum, & eo, qd glomeratum est, cōprehēdatur, ac dum fascia desinat, alterum quidem duplicetur, alterum superdetur, nouissime fibula imponatur.

Aliter ad utrūq;. C I X.

Fasciola media lumbos cōplectimur, capitaq; eius ab inguine nō secus q; in iunctura ad alterum inguen sinimus dependere, tum alteram fasciam à vêtre orsam, quem admodum in iunctura ad vtrumq; inguen circūdamus, capita vero, quę pdebāt, quę admodū in simplici dictū est, duplicamus.

Pecten seu vinculum suspendens ad colem. C X.

Fasciola media lumbis injicienda est, capitaq; eius super ventrem adducta nodo inter se vincienda, tum alterius fasciæ glomeratę caput zone inferendum, reliqua pars ad colem data in zona nam



B

F

G

H



**A** nam rursus à superiori parte deorsum conijcienda, post hæc sub colem & ad zonam, postremo testiculos complexa, in zonam demittenda est.

Aliter. C X I.

Iniecta zona fasciæ caput super colem imponatur, eaq; circa ipsum in orbem detur, do nec rotum includat, deinceps ad zonam ferat, ab eaq; ad colē, atq; inde rursus ad zonā, novissime testiculos amplexa in zonā demittat.

Idem ex fascia scissa ac zona. C X I I.

Lintheum iustæ magnitudinis scindito in partes quatuor sic, vt medium integrū relinquatur, quo colem excipito, tum ab altero capite scissas partes in vicinia colis findito, in quæ scissa conijcito partes alterius capitis, cinguloq; inferito, & nodo alligato.

**B** EX HELIODORO.

Vinculum ad alterum inguen, quod nonnulli dixerunt cancerum pro inguine. C X I I I.

Fascia ab ilibus contrariæ partis incipiens obliqua fertur ad lumbos, deinde ad inguen, quod vinciri debet, ab eoq; ad summam coxā porrigitur, post hæc ad idem inguen reuerfa datur ad regionem, quæ sub vmbilico est, vt X literæ figuram accipiat, ab eaq; ad illa alterius partis, sicq; circumagitur, donec, quæ nuda sunt, omnia cõplectatur, tuncq; vtiliter semel in orbē ambit circa lumbos, & infra vmbilicū. Prodest aut qbus deuincire inguen oportet.

Ad utrumq; inguen. C X I I I I.

Vbi vinculum adhibuerimus ad alterum

**C** inguen, omisso circuito in orbem, in vinculo ad vtrumq; inguen, fasciam à lumbis attrahimus ad alterum inguen, deinceps ad summā coxā, ab eaq; ad idem inguen, vt in altero similitudo X literæ fiat, deinde ad lumbos adducimus, post hæc eatenus hac ratioe obuoluimus, vt quæ nuda sunt, includamus. Valet ad vtraq; inguina deliganda. neq; ab re est vltra propolitos circuitus, in orbē quoq; fasciam circumagere.

Iunctura ad inguen tuendum. C X V.

Fasciæ glomeratæ, à capite duodecim interpositis digitis fasciolam affluere duorum cubitorum oportet, eoq; capite super illa contrariæ partis injecto, fasciolam rectam à posteriori parte per lumbos & clunes demittere inter anum & naturale, obuolutaq; inguini vitiato sursum porrigere, deinde glomeratā fasciam bis, ter ue circumagere, per quæ ambitum fasciola attrahitur, quasi per nodum, vbi vero huiusmodi circuitibus in orbē inguen adstrictum est, fasciola ad summam coxam porrigitur, ab eaq; ad idem inguen, & ad eā regionem, quæ sub vmbilico est, quo facto ex fascia glomerata vinculum fit ad alterum inguen, nodumq; accipit sub vmbilico. Pertinet aut hoc vinculū ad eos, qbus ppter varices, q inguē implēt, manus curatio admovef.

Affuta iunctura ad anum. C X V I.


Fascia sumi debet eatenus longa, ac lata, vt huic iuncturæ sufficiat, cui ab vno capite altera valentior fascia lata circiter digitos tres transuersa affluenda est, hæc zonæ nomen inuenit: tū eidem

Septima Classis,

QQQQQQQ iij fasciæ



CXII




CXIII

CXIII



CXV

CXVI



CXVI

CXVII



fasciæ intervallo puta nouem digitorum alia fasciæ transuersa, perinde lata ut zona, similiter as-  
 suenda est, cuius partes utrinque adiuncta crura nuncupantur: alterum vero caput recta fasciæ, quod  
 contra futuram est, scindendum in duo crura. Homo igitur explicata zona cingatur, recta vero fa-  
 sciæ per lumbos, pcedat ad anum atque inter ipsum & naturale, eiusque crura ad inguina ducta zonæ  
 inferant: post hæc adiuncta crura arctata in zonam demittantur, atque ibi cum cruribus alligentur, quod  
 vinculum sine adiunctis cruribus nonnulli ad calculosos, ubi calculus euulsus esset, adhibere. id nos  
 ob nodorum inæqualitatem rejicimus, ne pars umbilico subiecta virgeat. vesica. n. inæqualiter cõ-  
 pressa inflammationi obnoxia est, deligamus autem, quibus calculus euulsus est, parua fasciæ, quam p-  
 xime ad inguen pposuimus: sed nunc breuiorem rectam fasciolam assuimus, extremamque scindimus  
 in duas partes, hæc autem iunctura illis longe comodior est, quam que an causa iniicitur. siquidem glome-  
 rata fasciæ in orbem voluta lumbos & omne id, quod sub umbilico est, tegit, extremamque sub umbi-  
 lico prioribus circuitibus alluitur. ex recta vero fasciæ: quod integrum est, ad anum & inter ipsum et  
 naturale demittitur, partes vero scissæ ad inguina attractæ in priores circuitus immittuntur, que  
 vincienti ratio, calculosis, ubi facti sunt, aptissima est.

Scissum vinculum ad scrotum. C X V I I.

Lintheum pro hac ipsa iunctura longum la-  
 tum ue, ab utroque capite in quatuor partibus  
 diuiditur, sic, ut ab uno breuius sint, ab alte-  
 ro longiores, deinde à medio versus breuior-  
 res exciditur, donec, ubi usus requiritur, co-  
 les eo cauo excipiatur. zonam ergo iniicere  
 primum homini oportet, tuncque ex breuiori-  
 bus partibus linthei medias duas in zonam de-  
 missas, inter se deuincire, & reliquas duas in  
 eandem zonam coniectas pati depedere. quo  
 facto coles per id cauum excipi debet, scrotumque  
 rotum comprehendit integro lintheo, ex cuius  
 partibus longioribus, duæ exteriores scroto  
 inuoluendæ sunt, ita, ut dextra sinistriori,  
 dexteriori sinistra procedat, deinceps in zo-  
 nam demissa eo modo, quo priores permit-  
 tendæ sunt pcedere, reliquæ duæ mediæ scroto  
 similiter iniecte, ut dextra sinistriori, dexte-  
 riori sinistra procedat, per summas coxas in  
 eandem zonam demittendæ, & cum prioribus  
 partibus pendentibus alligandæ.

EX SORANO.

Iunctura ad scrotum ex tribus capitibus.

C X V I I I.

Vni extremæ fasciæ assuatur altera media  
 ad imaginem literæ T. harum, que transuersa  
 est, hominem cingat: quæ recta, feratur ad scro-  
 tum, ibique eatenus incidatur, quatenus coles  
 suo cauo recipiatur, extremamque ad zonam alligetur, ut scroti vitij accommodetur.

EX HELIODORO.


Fasciæ glomerata ad cubitum. C X I X.

Incipit ab imo humero in vicinia cubiti, atque in orbem circumagitur, post hæc obliqua ducit per  
 priorem cubiti partem, qua secari venæ solent, tunc brachio in orbem obuoluta obliqua ad humerum re-  
 uertit, sic, ut in priori parte cubiti X literam representet, sic autem circuit, donec tegantur, quæ nuda  
 sunt, & ubique à latere nodum accipiat. Illud autem commune est humeri brachij alterius uel membri vincien-  
 di, quod fasciæ in orbem ferri debent, cum eo ut interdum etiam obliquæ pcedant, quo vinculum firmiter hæ-  
 reat. Huius vero fasciæ extremitas vel inferioribus assuenda est, vel angustiori fasciola vincienda  
 est, aut in duo capita scindenda, quæ ab altera membri parte nodo inter se alligentur.

Iunctura in orbem, quidam adijciunt sub auctore Hippocrate. C X X.

Huius vinculi ratio est ut fasciæ super aliquod membrum pluribus circuitibus in orbem ambiat, re-  
 cte autem iniicitur, ut membrum contineat, quod in suum locum restituit, magis vero pertinet ad cor-  
 porum, quæ abscesserunt glutinationem, his seruatis, quæ ad artificiosam fasciandi rationem pertinet.  
 abscedentium enim ore in inferiori parte sito fasciæ à superiori parte deorsum pcedit, ut humores  
 excernantur, & eorum, quæ abscesserunt alterum alteri insidat, ut glutinentur: sed si vlcus superius sit, ut  
 materia ab inferiori parte sursum sub vinculo excernatur, ubi vero abscedentia corpora transuersa  
 sint, fasciæ ab ipsis circumdetur versus os, ut humor emittatur.

Mencriti





A *Mencriti vinculum ad partes extre-*  
*mas.* X X I.

Abextremo brachio prope manū orsi, vbi fasciam semel in orbem duxerimus, obliquam attrahimus per primam palmæ partem, deinde per palmam ipsam circumagimus priori parti aduersam, ita, ut ad primam palmæ partem reuertatur, prope ipsam prius X literæ similitudine accepta, atque ad eandem rationem obuoluimus, dū quæ nuda sunt, contegantur. Adhibetur autem vtilissime, vbi & primam palmæ partem, & palmam alligari necesse sit.



CXX

CXXII

B *Cancer.* C X X I I.

Angustioris fasciolæ, cuius latitudo exempli causa digitum æquet, capite super primam palmæ partem impolito, ipsa per palmam attrahenda est, & ab interiori parte versus exteriorē oblique ad pollicē adducenda, tum circa ipsum ab exteriori pte oblique porrigenda ad primam palmæ partem aduersa parti prius iniectæ sic, vt super exteriora pollicis X literam referat, atq; ad eandem rationem eatenus voluenda, vt omnia complectatur, nouissimèq; circa primam palmæ partem data, finienda est. commodissime autem obuoluitur ad vincendum pollicem, quem ἀρτίχρησιν vocant.



CXXIII

CXXV

C *EX SORANO.*

*Iunctura ad primam palmæ partem.*  
C X X I I I.

Orsa à prima parte palmæ obliqua versus palmam ducatur, deinde per palmam ipsam transuersa, postremo in orbem circa primam palmæ partem, vt quibus hanc ipsam vincire volumus, accommodetur.

D *Vinculum oppositum.*

C X X I I I I.

A prima palmæ parte incipiens, post ipsam oblique circa pollicem obuoluitur, tum oblique à priori parte manus ad primam palmæ partem porrigitur, ibiq; in orbem attrahitur, vt vincendo pollicis aptetur.

*Vinculum, ut in palestra ductum.*

C X X V.

Adhibito vinculo opposito fasciam isuper oblique prope primam palmæ partem versus digitos circumdamus, deinde in orbē circa indicem, post hæc oblique aduersam parti prius iniectæ, prope primam palmæ partem attrahimus, idemq; facimus circa reliquos digitos, vt illis idoneum sit, quibus tam quod prope primam palmæ partem versus digitos est, quam quod post digitorum articulos, vinciri debet.

*Rhombus ad medium membrum.*

C X X V I.

Fasciæ caput membro iniicimus, eamq; super id obliquam ducimus, post hæc in orbem, deinde aduersam parti prius obuolutæ, atque ob altera parte in orbem, vt ad eas fracturas conferat, quibus carnis quoque vulnus accessit.

*Rhombus*



Rhombus multiplex ad unicum membrum.

CXXVII.

Super extremam vnus membri partē fascia imponitur, & per ipsum aquis iteruallis quasi in cochlea serpit vsq; ad alteram extremitatē, quam in orbē cōplexa, oblique circuit, & in orbem datur aduersā parti prius iniectā certa seruas interualla, vt ijs, q̄ cōprehēdit, accōmodef,

Palma habena. CXXVIII.

Orsa à summo membro, obliqua per mediū ad imum feratur, & in orbem circa ipsum def, post parti prius iniectē aduersā ad summum reuertatur, & iuxta eosdem circuitus ambiat, vt eas partes fideliter contineat, quæ recenti callo glutinatæ sunt.

EX HELIODORO.

Rhombus equalium crurum. CXXIX.

Tradita iūctura hæc est ad femur, vbi id aliqua parte vulneratum sit, & adiunctæ partes abscedāt, cuius ratio est. Ab inferiori parte vlcis fascia in orbem circuit, inde obliqua ducitur à latere vlcis, & rursus in orbem à superiori parte vlcis attrahitur, tum obliqua ad imaginem literæ X deorsum demittitur, deinceps conuenienti interuallo bis iuxta vlcus obliqua porrigitur semel ab inferiori parte sursum, semel à superiori deorsum, ita, vt bis litera X representetur, et in medio rhombus super vlcus collocetur, quo per mediū interuallum nudatum humores excernantur. Circuit autem ad eandem rationem, donec quæ nuda sunt excipiat, eoq; fit, vt quæ abcesserunt sub vinculo, quasi spōte sua ad glutinationem veniant, nudatoq; vlcere, quidquid humoris collectum est, effundatur.

Rhombus inæqualium crurum. CXXX.

Vbi proximum vinculum inieceris, requirit quod nunc proponitur, vt fascia per vulnus feratur, etiam obliqua. eo vsi sunt, quibus operiendi quoq; vulneris consilium fuit.

Ascia. CXXXI.

Scribunt, qui huiusmodi iūcturā adhibuerunt, ipsam vtiliter injici, quibus vulnerato femore proximæ partes diducuntur, sic autē injici debet. voluenda sub vulnere fascia est in speciem ascie sic, vt pars gibba deorsum, sima sursum spectet, deinde super vlcus iterum in speciem ascie priorī aduersæ circūagenda est, atq; ad eandem rationem attrahenda, dum quæ nuda sunt contegat, ab inferiori parte sursum, & à superiori deorsum procedens, interdum etiā per vlcus, vt ipsum operiat.

Vinculum à latere X literam representans. CXXXII.

Fascia imo femori in orbē ppe genu circūagimus, tū obliq; ducimus, et rursus parti prius iniectæ aduersam attrahimus sic, vt à latere genu literæ X similitudinē referat, eodēq; modo circūducimus. Potissimū autē ptinet ad eos, quibus genu in alterā partē lapsū recōditū ē. representanda vero X ista est ab ea pte, i qua excidit.

Tesudo. CXXXIII.

Super genu fasciam tendere in orbem oportet, inde



B

F

G

H



**A** tet, inde obliquam à superiori parte deorsum per patellam demitti ad poplitem, ibiçq; sub genu in orbem iterum circumagi, & parti prius iniectæ aduersam super patellam procedere in speciem literæ X. post hæc per poplitem & patellam in orbem circuire, atque ad eandem rationem obuolui. conuenit autem patellæ, quomodo cunq; sua sede proruperit.

Ad Calcem. CXXXIII.

Circumagenda fascia est circa talos in orbem, inde à posteriori parte ex vno latere nerui lati oblique ducenda ad alterum latus, tum circa calcem voluenda, ab eoçq; porrigenda, atque ad eandem rationem circundanda. valet autem ad calcem alligandū.

**B** Ad talos. CXXXV.

Fascia super talos datur, inde obliqua ad superiora pedis porrigitur, post hæc sub plantam demittitur sic, vt ad superiorem partem reuerfa X literæ similitudinem referat, alligata vero planta circumducitur in orbem. Valet, vbi vinciri talos oportet.

Spica ad plantam.

CXXXVI.

**C** Fascia in orbem magnum digitum cõplectatur, ab eoçq; per plantam procedat circa talos, inde obliqua reuertatur ad plãtam sic, vt non longe à minimo digito similitudo literæ X fiat, post hæc ad superiorem partem pedis intendat, et ad eandem rationem circumeat. Maiores vinculum hoc ad magnum digitũ deligandum memoriæ prodiderunt; nobis vero superuacaneum videtur digitum alligare ad plantam atque ad talos, abunde enim existimamus, si cum digito, & planta pars pedis superior vinciatur, quemadmodum propositum est in digitis manus.

EXSORANO.

Calcus. CXXXVII.

**D** Fasciam primo talis iniicimus, tum per ipsos obliquam ducimus ad plantam, ab eaque ad alteram partem talorum obliquam attrahimus, postremo circa crus in orbem porrigimus, vt illis accommodetur, quibus deuincire talos conuenit.

Ad calcem. CXXXVIII.

Fasciæ caput sub talis iniicito, eaçq; circa ipsos oblique ad plantam demittito, tum oblique circa calcem, & in orbem iuxta talos adducito, vt illis aptetur, quibus obligare calcem volumus.

FINIS GALENI DE FASCIIS.

ORIBASIVS

